

Alt. Grad. fang. - Vol. 9. 5.

IN NOMINE SACROSANCTAE
ET INDIVIDVAE TRINITATIS
**HENRICVS GOTTLIEB
FRANCKE,**

IVRIVM AC PHILOSOPHIAE DOCTOR,
IVRIS PVBLICI, NEC NON MORAL. AC POLITIC. IN ACADEMIA
LIPSIENSI PROFESSOR PVBLICVS,
SACRI PALATII LATERANENSIS AVLAEQVE
IMPERIALIS COMES.



Vniversis ac singulis has litteras visuris, lecturis aut legi audituris
S. D. P.



Notariorum profecto usus in republica dein et ecclesia est antiquissimus semperque habitus praestantissimus. Hinc et, quondam in primis, dividi solabant in civiles et ecclesiasticos. Priorum nomine, jamjam florente adhuc Republica Romana, ac dein sub Imperatoribus inclauerunt, qui vniverso senatui, consulibus, proconsulibus, praetoribus, aedilibus, etiam curulibus, tribunis, quaestoribus ac postea Imperatoribus, (inter quorum potissimum Notarius eminuit ille, qui praetorianorum negotia tractabat, dictus *divini palatii Notarius*) porro regibus, ducibus, comitibus, aliisque viris illustribus, foro, civitatibus, provinciis, legionibus, classibus privatis denique navabant operam, vel acta publica, instrumenta, seu *συμβόλαια*, privilegia libros, epistolas, tum graecas tum latinas, codicillos et quaecunque alia scribendo, vel scribentibus aliis assistendo, vel scripta describendo, vel responsa deferendo, vel subscribendo et recognoscendo diplomata, vel seriniis inserviando, aliaque obeundo negotia. E quibus diversissimis functionibus, varia quoque sunt enata nomina, quibus olim insigniri solebant Notarii, quaeque recensere cuncta longum nimis foret. Interim qui de his omnibus uberiolem desiderat notitiam, adeat quaeso *Ioann Andr. SCHMIDII Dissert. I. de Notariis ecclesiae tum Orientalis tum Occidentalis, Capite II. integro pag. 22. sequ. et Cap. III. §. 1. p. 49. sequ.* In medio ita dicto aevo, et qui civilibus quoque negotiis adhibebantur Notarii e sacro ordine peti debebant, quoniam extra hunc, secreta litterarum non facile emanabant. Illorum autem officium praecipue consistebat in diligenti actorum gestorumque publicorum annotatione, elaboratione, descriptione, expeditione ac recognitione, indeque passim etiam Cancellarii dicebantur. Horum siquidem et Notariorum nomina, per aliquot saecula, erant synonyma, uti ingens sane testatur documentorum numerus. Instaurata dein Romanarum legum disciplina, ac secundum illarum normam iudiciis institutis, alia eaque nova plane Notariorum species in Italia primum enata, indeque cum huius juris usu in Germaniam profecta videtur. Antiquissimis nimirum et huc usque usitatis Notariorum functionibus quaedam iudiciales addebantur. Sed illorum rationes vagae omnino, nec cunctis, nec ubivis locorum, eadem fuisse videntur, donec illis firmam stabilemque formam daret *MAXIMILIANVS I. Imp.* in celeberrima illa *Notariorum Ordinatione in Comitibus Coloniensibus* a. 1512. publicata totque vicibus typis impressa, quae, cum *antiqua versione latina*, in *novissima Recessuum Imperii Collectione* T. II. p. 151. seq. omnium optime extat. Ob singulares autem for-

te officii horum Notariorum praerogativas, a solis ab initio creabantur Imperatoribus, ac certis praeficiebantur civitatibus, quem ad modum *Taurinensium Universitati* ejusmodi Notarium dedit FRIDERICVS II. *Imp.* apud *Petr. de VINEIS* in *ultimo epistolarum libro* Ep. XXXII. Sed insequentibus temporibus aliis etiam potestatem tales creandi Notarios concessisse leguntur Imperatores nostri. Ita LVDOVICVS IV, quum *CASTRUCIVM, Luccensem Ducem* anno *MDCCCXXVIII.* primum, quantum constat, crearet Sacri Palatii Lateranensis Comitem, in litteris desuper datis, apud *ILL. B. de LEIBNIZ* in *Cod. Jur. Gent. Diplom. T. I. No. LXIV.* inter insignes in coronatione imperiali obeundas functiones, aliaque novi muneris jura peculiaria, potestatem impertivit, judices ordinarios et Notarios publicos creandi. Idemque *Imperator* novo *Comiti Principali Hennebergico BERTHOLDO X. d. I. Jan. MDCCCXXX.* notante *SPANGENBERG* in *Henneb. Chron. Lib. V. p. 189.* privilegium largitus est, ut is et unusquisque suorum posterorum, per uniuersum vitae suae spatium, X. *Notarios* creare valerent. Postea tamen liberaliores adhuc facti Imperatores, inter partes Comitibus Palatii Lateranensis dari solitas, et hanc propriam quasi retulerunt facultatem. Eam igitur *Serenissimus quondam ac gloriosae memoriae Princeps ac Dominus, Dominus HENRICVS Princeps Schwartzburgi* etc. etc. et mihi est largitus, ex quo, vigore *Comitivae Palatii Majoris, a Divo LEOPOLDO Imperatore Serenissimo Principi CHRISTIANO WILHELMO gloriosae memoriae, ejusque posteris Principibus Schwartzburgicis, lineae Sondershusanae Regentibus MDLCCXC.* concessae, me creauit Sacri Palatii Lateranensis Comitem, quemadmodum fusius declarant litterae clementissimae desuper concessae, quarum initium, et quae huc spectant, nec non finis, hujus sunt tenoris:

Son Gottes Gnaden, Wir Heinrich, Fürst zu Schwarzburg, der vier Grafen des Reichs, Graf zu Hohnstein, Herr zu Arnstadt, Sondershausen, Lohra und Clettenberg ꝛ. ꝛ. ꝛ. Urkunden und bekennen hiermit ꝛ. ꝛ. ꝛ.

Und wir dann, als der Zeit hochgedachten Unsers Herrn Vaters Gnaden in der Regierung gefolgter anderer Sohn, und regierender Fürst zu Schwarzburg, Sondershäuser Linie, sowohl das gute Herkommen des Hochgelahrten **Heinrich Gottlieb Franckens**, beyder Rechten Doctoris und Professoris Iuris, auf der Königl. und Churfürstl. Sächs. Universität zu Leipzig, als auch dessen sattfam bezeugte Gelehrsamkeit und übrige besondere Qualitäten und Meriten, rühmliche Aufführung und begabten Verstand in gnädigste Consideration gezogen und angesehen; Als haben Wir, aus eigener Bewegniß, mit wohlbedachtem Rath und rechtem Wissen, Ihn, gemeldeten **Professorem D. Heinrich Gottlieb Francken** in die hohe Würde und Ehre der Kaiserlichen Pfalz- und Hof- Grafen, zu Latein *Comites Palatini* genannt, erhöhet, gesetzt, und gewürdiget, denselben der *Schaar, Gesellschaft und Gemeinschaft* anderer *Comitum Palatinorum* zugeeignet, geleichet und zugesellet ꝛ. ꝛ.

Insonderheit geben Wir, aus verliehener Macht, vorgemeldetem **D. Francken** vollkommene Macht und Gewalt, daß er anstatt und im
Nah

Nahmen Ihrer Kayserl. Majestät, die Personen, so darzu tauglich und geschickt sind, (Welches Wir seiner Discretion und Christlichen Gewissen anheim geben) zu Notarien, öffentlichen Schreibern und Richtern creiren und machen solle und möge, also, daß dergleichen Notarii, offene Schreiber und Richter, durch das ganze Römische Reich für solche gehalten, und aller und jeglicher Privilegien, Freyheiten, Gnaden, und Vortheilen, auch ihres Amtes allenthalben, und in allen gerichtlichen Handlungen, Contracten, Testamenten, letzten Willen, auch allen andern Sachen, gebührend gebrauchen, solches treiben und genießen sollen und mögen, als alle andere gemeine öffentliche Schreiber und Richter, Notarii publici genannt, so aus Kayserlicher Majestät Gewalt gemacht und creiret worden. Jedoch soll erwehnter Professor D. Francke, von solchen Notarien, so er creiren und machen wird, gewöhnliche Gelübde und Eyd nehmen, als sich von solcher Aemter wegen gebühret, getreulich und ohne Gefährde &c. &c.

Zu mehrer Uthkund haben Wir diesen Brief und Begnadigung mit unserm gewöhnlichen Erb-Palatinat-Insigel besiegeln, und solches daran hangen lassen, auch eigenhändig unterschrieben. So geschehen in Unser Fürstl. Residenz zu Sondershausen, Sonnabends nach Invocavit, war der erste Monats-Tag Martii, nach Unsers einigen Erlösers und Seligmachers Jesu Christi Geburt Ein Tausend Siebenhundert und neun und vierzig.

Quum itaque A ME, COMITE PALATINO CAESAREO,
Nobilissimus Ornatusque Dominus
 Dn. GODOFREDS JE N I C K E
Mega Corbetan Mfn J U C

decenter petierit, ut eum auctoritate, qua fungor, Imperiali, publicum et authenticum Notarium, Tabellionem et iudicem ordinarium creare, et ordinare, nec non titulum, honores et privilegia huic ordini competentia ipsi conferre dignarer, inluper quoque acquisitam scientiam Notario necessariam mihi ita probaverit, ut eum hoc munere *perquam dignum* judicauerim; honestissimo sane illius aequissimoque desiderio locum reliqui. Hinc praestito prius *Sacratissimo Imperatori Sacroque Romano Imperio*, debito fidelitatis juramento,

EGO HENRICVS GOTTLIEB
 FRANCKE, *vigore comitiuae meae, praefatum Dominum*
 G O D O F R E D V M
 J E N I C K E

in praesentia infra nominatorum testium publicum et authenticum Notarium creavi et ordinavi, ac harum litterarum tenore creo renuncioque, concedens *ipsi* Notariat, Tabellionatus et jurisdictionis ordinariae officium, cum omnibus et singulis privilegiis, juribus, honoribus, immunitatibus et libertatibus, quibus caeteri Notarii, Tabelliones et iudices ordinarii, uti frui consueverunt. Praeterea *Eundem Dn.*

G O D O F R E D V M
 J E N I C K E

pro more solenni, per calamarium, pennam et chartam, de isto officio munereque investivi, data ipsi et concessa, ex imperiali auctoritate, plena liberaque facultate, per univesum sacrum Romanum Imperium, omniaque alia loca in primis in quae huic jus est ac potestas, faciendi, conscribendi, dictandi protocollandi, publicandi
 contra-

contractus, instrumenta actus judiciorum, testamenta, codicillos, aliasque ultimas voluntates, testes quoque recipiendi ad examinandum, appellationes, protestationes, declarationes, denunciationes, exceptiones quascunque in judiciis, vel extra, in quibuscunque, tam ultimarum voluntatum, quam inter vivos actibus et negotiis, audiendi, scribendi, insinuandi, deque iis per instrumenta publica fidem faciendi, etc. omnia denique et singula publice ac privatim agendi exercendique, quae ad officium Notarii publici, Tabelnarii, quoquo motare dignoscuntur. rem fidem Notaria conspicitur impref- confirmo, ut hoc, riatu officio ac digni- sub poena caesareae Marcarum auri puri, renissimo Principi, parte, a contraveni- quorum omnium ac majorem, has litteras, subscriptione mea propria Sigilloque Comitivae, corrobo- ravi. Actum et signatum

lionis et iudicis ordi- do, pertinere et spec- In cuius rei majo- tus sigillum, quod hic sum, ei attributo ac una cum collati Notate, libere uti possit, indignationis et L. Fisco Imperiali et Se- pro dimidia unicuique entibus solvenda. In singulorum fidem eo

Christianae *Lipsia* Anno aerae Imperii vero Sacratissimi *die xxviii mensis Maii* **IOSEPHI II.** *Decimo quinto* et Inviictissimi Romanorum Imperatoris *Nobilissimis Ornatissimisque* Praesentibus Viris

Dn. *Godofredo Heynio J. Vniusq. C.*
 et Dn. *Godofredo Rengero Berzdorpio-Luf. prope Sittavi- am.*

Testibus fide dignis, speciatim, ad ulteriorem praemissorum corroborationem, vocatis et rogatis.



H. Brunnar Gethel
Franciscus
Jur. et Phil. Doctor
Jur. Publ. Morales
Polit. Prof. Publ. et
Sam. Kalahni Lal.
Com. 15

Biogr. er. D 210, 40

